

**8280** Aquileiae rep. esse dicitur; deinde Vindobonae apud Kollarium ROSSI. Hodie Baden prope Vindobonam apud Carolum de Bernuth.

+ + +  
HIC REQ VI E S C E T I N P A C E  
PAVLVS VR L SERBV S ET MILEX  
DE NV M ZAL Q VI BIXIT ANNIS  
PLVS MINVS XX DEPOSITVS EST  
5 IN PACE SVD DIE TERTIV KAL FEBRVAR  
PER IND XI & +

Dedit Rossius. Henzenus quoque descripsit ad ectypum a Bernuthio missum, sed in quo v. 2 fin. non apparebat.

Numerum aptum nullum inveni nisi fortasse Saliorum.

**8281** Aquileiae in museo Cassis.

S · MIL  
coh. ... pr piae uin DICIS · 7 · S · S · ET  
S · HERCVLA  
nus mil. coh. I · PR · PIAE · VIN  
5 d i c i s O VALERIANI  
posuerunt · TITVLVM  
he R E D E S

Majonica descripsit. Gregorutti n. 84.

1 MIC Maj. — 2 /DICIS Maj., haruspICIS Greg.; at requiritur numeri nomen secundo casu scriptum. — 3 in. s om. Maj.

**8282** ad S. Stephani in coemeterio rep. 10 Nov. 1875. Est Paperiani apud Gregorutium.

S A B I N V S D E C E S  
S I T D E S E C V L O A N  
N O R V M Q V I N Q V A  
gINTA EX RROTICTORB V X sic

Descriptsimus ego et Majonica. Gregorutti n. 705.  
4 id est ex [p]rot[e]ctor[i]bu[s].

**8283** rep. cum n. 8274. Est Paperiani apud Gregorutium.

L · SALLVSTIVS  
STE · VRVINO  
MIL · CHO · VII · PR

Ego et Majonica descripsimus. Gregorutti n. 82.

**8284** Aquileiae fuit apud Zandonatium, hodie Tergeste in museo, sed imminuta.

M  
D R I O  
saturnino  
mil. EG · XIIII · G

Gregorutti n. 76 (cf. p. 249), qui quae non vidi dantur inclinatis.

**8285** in territorio Montisfalconi (praecedit n. 1044) VALVAS.

D · M  
111 OCCVS 1111  
ESTI ET 1111  
FRVTIO 1111  
5 PRIMIPI 1111  
IN · F · P · XXX  
IN · A · P · XXX

Valvasonius f. 88.

**8286** Fiumicelli in aedibus Krager.

AVSV  
NEI  
R · P  
MIL

Majonica descripsit.

**8287** Aquileiae in crypta ecclesiae cath. pone altare.

P · PIL  
F

Majonica descripsit. Gregorutti n. 530.  
1 r om. Maj.

**8288** litteris vetustis. Ad Monasterium rep. a. 1869 in vinea Ritter, apud quem adseratur.

M · ANNAVS  
Q · F · IIIIVIR · I · D  
QVINQ · PORTA  
REFIC · LOCAVIT  
5 EX · S · C · EIDEMQ  
PROBAVIT

Majonica descripsit. Gregorutti n. 67.

**8289** Aquileiae rep. una cum n. 8236 m. Ian. a. 1865. Est in museo civico.

L · DOMITIO · E  
ET · M · LIV  
DEC · IN CC  
colLEG · INC  
5 cvLTORVM  
EX · AERE · CON iato  
L · D · d · d

Recognovi ad ectypum a Majonica missum. Gregorutti n. 59.

L. Domitius Epaphroditus est in titulo simul reperto n. 8251. — 3 dec(uriones) vel dec(uriales) in co[llégio] opinor. — 4 fortasse ingenuorum.

**8290** fragmenta duo eiusdem ut videtur tituli rep. a. 1875 in opus coniecta Monasteri prope pontem in praedio Cassis. Sunt Paperiani apud Gregorutium.

DOMITIVS · III  
III · VIR

NAE  
VS  
VIR  
IAS

Majonica descripsit priorem. Gregorutti n. 133.134.  
1 DOMITIVS · III Greg.

**8291** (S. Cantiani) in epistylio columnae VALV.

L · GAVIO  
L · FIL ·  
ALQVINO  
PRAEFECT 111  
5 IVRIS 111111  
AQVIL ·

Valvasonius f. 88'. Vide ne interpolata sit.

**8292** Monasterii effossa a. 1783. **8293** (= 2277) simul reperta.

C · LVCILIVS · G · F  
L · LVCILIVS · C · F  
FL · Q

Duo cippi hi sic leguntur apud Zaninium indeque apud Gregorutium n. 161; priori adscribitur 'calc. 4. 4 Rom. cad. aevi' et quae supra dedi, alteri 'calc. latus 4, long... in ceteris cum opposito conveniens'. Alterum dedi supra n. 1277 secundum Moschettinum.

**8294** caratteri alquanto piccoli e poco incavati, ma scolpiti con molta regolarità e precisione. Rep. a. 1861 alle Marignane, ibi ubi nuper theatrum repertum est prope moenia urbis, una cum pavimento splendido operis tessellati caput Bacchi aliaque varia repraesentante. Est in museo Cassis.

MOSCHATIS · EYTYC · ETIS  
SACERDOTIO · FVNCTI  
SAECVLO · EXCESSO · ET · PROPE  
VICENNIO · INGRESSO  
5 CVI · AVRAE · BENEFICIVM  
SARCAE · SENILI · EMORTVA  
RELICTA · PARTE · LVCIS  
FECIT · HOC · TVMVLVM  
FL · EVTYCHES  
10 SVPS eq VENS · SACERDOFO

Majonica descripsit. Gregorutti n. 48 (cf. p. 248).

5 CVI ('aut CVI aut QVI' Greg.), 6 SARCVI · SENILI · MORTVA, 7 RELICIA Maj. — 10 SVRSIOVENS Greg., /VPSFIDVEI/ Maj.; verum vidi Bormann.

Moschas quidam qui et Eutyches sacerdos non solum excessit annos centum, sed insuper vicennium ingressus est, id est vixit supra annos CX. Qui cum deinde luces partis reliquisset corpore (*sarcae* mihi est σάρξ Latine declinata) senili emortuo, efflatae animae beneficium aurae dedit, id est ad auras ut anima transferretur curavit tumulo facto is qui in sacerdotio eum secessus est Flavius Eutyches.